



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

DI. Woldemar's, Markgrafen von Brandenburg, Revers wegen des  
zwischen ihm, dem Könige von Dänemark und dem Herrn Heinrich von  
Mecklenburg verabredeten Beistandes, vom 25. November 1317.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

minorum Henrici Magnopolensis, Rudolphi ducis Saxonie, Ottonis ducis Lüneburgensis, Henrici comitis Suerinensis, Gerhardi comitis Holtzatie et Hennekini, domicelli de Werle, nostrorum compromissorum, presentibus sunt appensa. Datum Templini, Anno Domini M. CCC. decimo septimo, in festo beate Catharine.

Nach Pötter's Neuer Sammlung III, 14—18 und der Dänischen Uebersetzung des Originals in Huitfeldt Dan. Reg. Krönicke III, 398.

DI. Woldemar's, Markgrafen von Brandenburg, Revers wegen des zwischen ihm, dem Könige von Dänemark und dem Herrn Heinrich von Mecklenburg verabredeten Beistandes, vom 25. November 1317.

Nos Waldemarus Dei gracia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, recognoscimus publice in his scriptis, quod cum magnifico principe domino Erico rege Danorum, nostro avunculo karissimo, ac nobili viro domino Henrico de Meckelenborgh, nostro Swagero dilecto, placitavimus in hunc modum, quod ipsos juvare debemus in partibus ultra mare cum quinquaginta armatis, cum dextrariis, et decem sagittariis sub eorum expensis, lucris et damnis. Ipsi quoque dominus Rex et dominus Magnopolensis in partibus Boheimie et aliis remotis cum quinquaginta armatis et decem sagittariis, et in partibus vicinioribus cum centum armatis et decem sagittariis e converso nos juvare debent sub nostris expensis, lucris et damnis, ita videlicet, quod damna parvorum equorum sub ipsa Reysa debent ab utraque parte perfolvi, dextrarii vero infra dimidium annum proximum ex utraque parte debent perfolvi. Quicumque vero nostrum tales armatos habere voluerit, alteram precesse faciet unum mensem, et dum tales armati terminos vocantis attigerint, ille ipsis in expensarum necessariis providebit. Et he littere aliis inter nos datis ex utraque parte litteris non debent prejudicium generare. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum; Datum Templini, Anno Domini M. CCC. XVII. die sancte Catharine.

Nach Pötter und Huitfeldt a. a. D.

DII. Markgraf Woldemar von Brandenburg verbindet eine Anzahl umliegender Dörfer dergestalt mit der Stadt Löbau, daß diese Dörfer künftig in der Stadt Löbau Recht nehmen sollen, am 3. Dezember 1317.

Noverint uniuersi noticiam presentis litere habituri, quod nos Woldemarus, dei gracia Brandeburgensis et Lufacie Marchio, has villas Euersdorf, Ottenhayn, Biscopistorf, Herwigsdorff, Strabenwaldt, Paulsdorf, Rosenhain et Conradistorf Sclauicalem apposimus nostre Ciuitati Lobaw ita, quod villani dictarum villarum in dicta Ciuitate sua iura de cetero postulabunt. In cuius rei testimonium nostro sigillo muniti fecimus presens scriptum. Testes hujus sunt Christannus de gerardsdorf, noster